

Pius Q̄us servus servorum Dei. Dilectis filijs Herculi sanctæ Mariæ nouæ
de Mantua, ac Hieronymo sanctæ Sufannæ. Seripando, et Stanislawo War,
miensi, necnon Ludouico s. Ciriaci in Thermis Simoneta presbiteris
Cardinalibus. et Marco Scitico de Altracemp tit. sanctorum
xii Apost. diacono Cardinali sal. et Apost. benedictionem
Regimini, et cura universalis gregis Dominici, meritis licet imparibus,
disponente domino, presidentes, sic utiliter, ac sollicitè, quemadmodum
ad boni, et prudentis patrifamilias spectat officium, inuinctum nobis
pastoralis muneris debitum exercere pro uirili nostra studemus
ut ea quæ rationabilib. et legitimis obstantibus causis, per nos ipsos
prestare non possumus, præsertim quando talia sunt, quæ moram
non patiuntur, per alios idoneos uiros uirtute, et auctoritate præsta-
tes, efficere diligenter curemus. Cum itaq. nos nuper ad scismata
et Hæreses, quæ per omnes Reipublicæ Christianæ partes iamdu-
dum peruaserunt, tollenda, necnon ad corrigendos et reforman-
dos mores Christiani populi, pacemq. inter Christianos principes
conseruandam, de Venerabilium frum nostror. sanctæ No. Ecclie
Cardinalium consilio, et assensu, sacrum, Oecumenicum et uni-
uersale Concilium in Cuiate Tridentina ad sacratissimum diem
Resurrectionis Dominice proxime futurum, per alias nostras
sub plumbo confectas literas celebrandum decreuimus, prout
in eisdem literis plenius continetur. Nos nolentes tam san-
ctum celebrandi ipsius Concilij initium ullo pacto impediri, quod
forte contingeret si nobis uarijs in dies corporis infirmitatibus
et alijs multipliciter impeditis, et propterea ad eandem Cui-
tatem

2
10

tatem Tridentinam ad p̄ns accedere, et ipsi Concilio ^{iuxta} animi nr̄i
desiderium interesse nequeuntibus, nullus nostro illuc nomine
mitteretur. Vos fide, prudentia, probitate, doctrina, et rerum expe,
rientia admodum claros, insignes, atq. etiam probatos, cum plena
libera, ac omnimoda Legator, de latere potestate, specialiq. et
expresso mandato, necnon ratificationis, et alijs clausulis in simi
libus apponi solitis, de simili eorundem fr̄um nostrorum consilio
et assensu, nostros et Ap̄^{ca} sedis Legatos de latere Ap̄^{ca} auctoritate
tenore p̄ntiūm constituimus, et deputamus. Vosq. ad dictam
Civitatem Tridentinam pro Concilio Em̄oi celebrando, tamq. pacis
Angelos destinamus, ac Vobis, seu uno, aut duobus, uel tribus
sive pluribus ex vobis legitimo impedimento detentis, uel absen,
tibus, uni, si unus tantum in dicta Civitate affuerit, seu duobus
aut tribus, uel ex ijs ex vobis, qui in eadem Civitate Tridentina
præsentes fuerint, ad celebrationem ipsius Concilij fauente dn̄o
procedendi, ac nōie, et auct̄e nostris illi praesidendi. Necnon
quacunq. in eodem Concilio pro tempore decisa, et ordinata, ac
per maiorem partem Vr̄m in dicta Civitate Tridentina p̄ntiūm
comprobata, obseruari mandandi, ac in illo pro vr̄a p̄tate
et sapientia ea omnia, qua in p̄missis, et circa ea necessaria,
et alijs quomodolibet opportuna esse, alijsq. ad laudem, et
honorem Dei p̄stare noueritis, etiam si magis speciale exigant
mandatum, faciendi, gerendi et exercendi plenam, et liberam

11
aucte, et tenore predictis, concedimus potestatem, et auctoritatem
Quocirca circumspectioni vestre per Apostolica scripta manda-
mus, quatenus inunctum nobis munus Emoi ita implere stu-
deatis, ut sperati fructus inde proueniant. Vosq. a nobis co-
mendationem, et a Deo bonor, oper, retributore felicitatis
aeterna gloriam consequi valeatis Datum Rome apud
sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae. Millesimo
Quingentesimo Sexagesimo. sexto Idus Marty Pontificatus
nri Anno secundo

Cas. Glorierius

(7)

Breue Pij PP. iiii super exemptionib. et privilegijs concessis
Pralatis, ^{et alijs} in Concilio existentibus

Pius PP. iiii. Ad futuram rei memoriam. Circumspecta Roman
Pontificis providentia singulorum merita, et obsequia debita
meditatione considerans, illos, prout equum est, specialibus
- favoribus et gratijs prosequitur, quos uniuersalis Ecclesia ob-
sequijs iugiter intentos pro ea laborare, ac diuersas expensas
subire cognoscit. Hinc est quod nos tam ad labores, quam ad
impensas graues, quas Venerabiles frs Patriarcha et Archiepi
et Episcopi, necnon dilecti filij Abbates, et ceteri, quibus iure
uel